



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

III. De honestate & habitu clericorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1286.

etiam indumento cooperire non possunt, seu quia verecundum est eis, propter conditiones quæ insunt, publice mendicare, dum nemo illis manum porrigit adiutricem: isti semper esuriunt, & illi abundant, & cibi, quibus tales pauperes ali deberent, neglecti in domo corrumpuntur & dissipantur, & eorum indumenta tinea comeduntur. Quantum autem in præmissis excedant, cui Dominus plus discretionis donauerit, plus aduertat, quia amplius requiretur ab eo. Porro volentes ipsos, tam pœnarum timore, quam præmiorum retributione excitare, & inducere ad opera pietatis, hoc laudabili Concilio ordinamus, vt per prouinciæ nostræ prælatos, & clericos vniuersos, prout eis suppetunt facultates, necessaria pauperibus ministrantur. Is autem suffraganeorum nostrorum, qui per totam septimanam quatuor, semel in die, refecerit pauperes; abbatum, qui duos; archidiaconorum, præpositorum, archipresbyterorum, & aliorum prælatorum, qui vnum, ac aliorum clericorum, qui semel in die, in septimana refecerit pauperes, de pœnitentiis iniunctis eidem, vnius anni indulgentiam habeat. Hanc etiam indulgentiam illi concedimus qui nouum pauperi dederit indumentum. Si autem antiquum, quadraginta dierum indulgentiam de iniuncta ei pœnitentia relaxamus.

RUBRICA III.

Licet sit canonica sanctione statutum, vt excommunicentur clerici arma portantes, & vt habitum, coronam, & tonsuram deferant congruen-

Concil. Tom. 28.

LIII

tem, & sæpe ab ecclesiarum prælatiſ, iuriſdictio-
nem habentibus, clerici noſtræ prouinciæ monean-
tur, ne in præmiſſis excedant, eorum tamen parui-
pendentes monitionem, non videntur de excom-
municatione curare. Volentes prædictos ſpiritua-
lia vincula contemnentes temporali pœna ab his
compelſci, propter quæ non modice derogatur ec-
cleſiaſtica hæoneſtati, ſtatuiſmus vt, ſi quis de cetero
poſt publicationem huius Concilii inuentus fue-
rit publice arma portare, abſque iuſta & manifeſta
cauſa, ac licentia ſui diœceſani, pro quolibet ar-
morum, a ſuo prælato iuriſdictioſem habente,
condemnetur in ſolidos quadraginta, ad minus:
nec prælati ipſorum, ex quo ſine cauſa & licentia
ſui prælati fuerint reperti culpabiles, poſſint omit-
tere quin condemnent, & exigant, prout culpa ip-
ſorum requiret: cum hoc ſtatuiſmus in fauorem ec-
cleſiaſtica hæoneſtatis. Qui autem compertus fue-
rit habitum, coronam, vel tonſuram incongruen-
tem portare notabiliter, pro vice qualibet in quin-
quaginta ſolidos condemnetur.

RVBRICA IV.

Concilium
Lugdunense
II. capitulo
13. supra
pag. 564.

Eſt ad regimen parochialium eccleſiarum af-
ſumpti, ante generale Concilium Lugdunenſe,
quod incipit, Licet Canon, ex quo præfixo a Ca-
nonibus tempore ſe non fecerint in præbyteros
ordinari, de iure a miniſterio ſiue ab officio eis
commiſſo remoueri poſſint & debeant, & aliis eo-
rum eccleſiæ concedi: quia tamen in executione
memorati iuris ſe multi exhibent negligentes, nos